

Distance, which I would certainly have measured, if I had had proper instruments. And if others, who are more skilled in these Affairs, have made the like Observation, I shall no longer doubt of the Moon's having an Atmosphere.

Bristol, Feb. 19.  
1725.

---

III. *Sceletum duorum Humanorum petrefactorum pars. Ex Epistola Joh. Jac. Scheuczer, M. D. R. S. S. ad Dom. Hans Sloane, Baronetum, S. R. V. Pr.*

**N**OSTI, Vir Expertissime, ex hominum diluvio submersorum genere paucas superstites esse reliquias. Neque ego hactenus in numerosa fatis collectione plures habui quam binas dorso vertebrae, atro-nitentis splendoris, petrefactas. Nunc autem, ἀρχὴ τούχῃ Museolo meo illatum, lapidi fissili *Oeningensi* immersum λείψανον, omni attentione dignissimum, in quo distincte cernere licet, non vagæ imaginationis simulacra, sed capitis humani à quovis alio animantium genere distinctivi partes benè multas, reapse res duas, cranii ambitum, os frontis, ossa fincipitis, occipitis, orbitam oculi, baseos cerebri & medullæ oblongatæ λείψανα, prominentiam internam ossis occipitalis, quæ cerebelli lobos separat, colli vertebrae numero 7, partim denudatas, partim lapideo cortice tectas, & est hæc veluti orthographica sectio posterioris capitis partis.

Sed

Sed inde ex quo Monumenti hujus fui potitus, singulari Divinâ Providentiâ novus ex dicta lapicidina advolavit hospes, carior tantò, quia est ex rarissimis, charior, quòd nec veste opus habeat, nec alimento, omnia secum portans, priorem vincens & magnitudine, & ætate, & curiositate. Adfunt nempe in dicto fissili lapide demersa, ex hominis adulti sceleto, ejusve structura anteriore, peripheria ossis frontalis, os jugale, orbitæ oculorum, cranii tabulæ cum diplœe, vestigia foraminis infraorbitalis destinati pro transitu nervorum quinti paris, reliquiæ vel ipsius cerebri, vel duræ matris, ossa cribrosa & spongiosa, os vomeris nasum determinans, ossis quarti maxillaris portio, quæ genas constituit, nasi reliquiæ, masseteris portio, sectio orthographica transiens per apophysin condyloidem maxillæ inferioris ad angulum usque hujusdem maxillæ, vertebræ in continua serie numero 16, pleræque cum processibus transversis, claviculæ dextræ extrema portio, quæ scapulæ nectitur, sinistræ media portio lapide tecta. Ex qua sceleti proportionem judico, integram hominis staturam fuisse eandem, quæ incirca mea est, 58½ pollicum Parisiensium.

*Tiguri, 25 Decemb.  
1725.*

IV. *Obfer-*